dare. sed illa noluit consentire. Tunc res
ad episcopum defertur. Qui cum eidem iuberet
obedire noluit. sed in obstinatione mentis
perdurauit. Sequenti vero nocte hec monitio
nibus corripitur in somnis. Quia inquit
non obedisti episcopi preceptis. tamdiu ambu=
landi vsu carebis. quousque ab illo ab=
solui mereberis. Expergefacta omnino
permansit debilis et clauda. Que re=
uertente ad ciuitatem episcopo. ante eius presencia
in lectulo est deportata. A quo de inob=
ediencia correpta est. paruit et sanata
est. Ipsa autem ut se sensit sanatam currendo
anteque ad ecclesiam episcopus perueniret. per=
uenit. cum laudibus ac benedicens deum.

31 Quodam igitur tempore dum omnipotentis
dei famulus ad synodum episcoporum que
in villa regia ingelenheim dicta erat
congreganda pergeret. quendam paupe=
rem nomine ruthpertum obuium habuit. qui
ventris sui interiora foris prolapsa in
sinu gestauit. quem ut conspexit miseri=
cordia motus. ei denarium dare iussit dicens
in nomine domini accipe et vade in pace. Qui
mox elemosinam accipiens. ire per=
rexit ac meliorari paulatim incipiens
cepit. ut post aliquod temporis spacium sospi=
tati redderetur ad integrum. idem et iam
post mortem viri dei aliis iterum cor=
reptus infirmitatum generibus ad se=
pulchrum eius veniens sanari meruit
sicut lector in suis locis plenius scriptum
inuenire potuit. Sequitur capitulum

32 Igitur sanctus dei celesti desiderio afflatus
cepit ea que sunt huius mundi fastidire
terrenarum rerum lucra christi amore post=
ponere. et licet hic retineretur corpore
in celestibus tamen conuersabatur mente.
ut merito in illo censeretur numero qui
dicere possent cum apostolo. Nostra conuer=
satio in celis est. Unde zelum dei habens.
licet non secundum sentenciam. cepit apud
terrenas potestates totis viribus agere.
vt quidam clericus adalbero nomine sue
sororis filius. totius episcopatus curam susciperet.
ipse autem sub monachice religionis habitu
soli deo vacaret. Quod et impetrauit.
Sed ille miserandus nesciens aut scire
nolens. a sapientissimo salomone dictum.
Hereditas ad quam in principio festinatur
in nouissimo benedictione carebit. mi=
lites episcopi totamque familiam statim sa=
cramento sibi subiciebat. ac virgam
pastoralem publice manu gestabat.
Quod ceteri episcopi indigne ferentes
ambos ad synodum vocauerunt. atque pre=
dictum adalberonem heretice arguunt
presumptionis quod domino suo adhuc superstite. talia
non permisisset vsurpare. At ille cum
de obiectis sibi criminibus se vellet pur=
gare. ab omnibus inuentum est. id aliter
fieri non posse. nisi allatis sanctorum euan=
geliorum in medio libris. sacramento
firmaret. se nescisse heresim fuisse.
quod talia presumpsisset facere. Quibus omnibus
que ad hoc negocium pertinebant ex=
pletis. in sua redierunt ambo. episcopus
et adalbero. tali a sancta synodo consola=
tione percepta. ut decedente ab hac vita
episcopo. nullus alius quam eo esset ordinandus.
nisi ipse adalbero. Sed non est sapiencia.
non est prudencia. non est consilium contra
dominum. Nam eodem anno post aliquot
menses. dum quadam die iam adue=
sperascente inclinante. predictus clericus ad
mensam cum viro dei nouiter flebo=
tomatus resedisset. ac quiddam moleste
super mansionem vere sustinuisset. ex con=
sessibus medio conatus surgens. cubitu
ire perrexit. statimque in ipsa nocte pre=
sentis vite terminum clausit. Quod episcopus
mox per spiritum cognoscens. eum
qui ad nunciandum mortem sibi in=

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 610, p. p.%20341 – Computistic Texts and Tables; Lives of Saints and Martyrs; Casus sancti Galli etc. (http://www.e-codices.ch/en/csg/0610/p.%20341)